

## III.

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

## Lawanter Diözese.

**Inhalt:** I. Bekanntgabe der geistlichen Exerzitien in Sauerbrunn.

II. Verpflichtung der Pfarr-Vorsteher auch an den abgebrachten Feiertagen pro populo applicandi.

III. Anordnung der Stempelgebühr für Stiftbriefe.

VI. Den politischen Ereignissen betreffend.

## I.

**S**owie der menschliche Körper einer täglichen Nahrung und Erholung bedarf, um nicht zu ermüden und zu Grunde zu gehen, noch mehr benötigt der menschliche Geist einer öfteren Aufrischung seiner Kräfte, um der Ablösung nicht zu erliegen. Zu diesem eben so heilsamen als nothwendigen Geschäft ermahnet uns der heil. Paulus mit apostolischem Ernst, indem er schreibt: Renovamini autem spiritu mentis vestrae, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. Eph. 4, 23—24. Und jener wohlgemeinte Rath, den der heil. Bernard seinem einstigen Schüler und Freunde dem Papste Eugen ertheilt, hat für uns Priester im Allgemeinen, insbesondere für die Seelsorger eine gleich hohe Bedeutung, indem er spricht: Memento, non dico semper, non dico saepe, sed vel interdum reddere te ipsum tibi; utere tu quoque te inter multos aut certe post multos; non tantum te, nec semper, dare actioni velim, sed considerationi aliquid tui et cordis et temporis sequestrare. Demnach sind die geistlichen Übungen oder Exerzitien für jeden heilbeschworenen Priester wenigstens ein Mal im Jahre ein wesentliches Bedürfniß, das nur jener nicht fühlt, der auf das Heil seiner Seele vergießt.

Es gereicht mir abermals zur großen Freude, meinen geliebten Mitarbeitern im Weinberge des Herrn bekannt geben zu können, daß mir ein Priester aus der hochwürdigen Gesellschaft Jesu für die Leitung der Priester-Exercitien zugesagt wurde, und daß diese gemeinschaftlichen Geistesübungen abermals in diesem Jahre zu Sauerbrunn bei Rohitsch vom 15. bis 19. September in gewöhnlicher Art und Weise abgehalten werden.

Die Herren Theilnehmer haben ihren Entschluß entweder unmittelbar, oder durch das Dekanalamt dem Ordinariate anzugeben, und die Ankommenden sich am ersten Tage

(15. September) wenigstens bis 3 Uhr Nachmittags beim Hauptpfarrante vom heil. Kreuze zu Sauerbrunn wegen ihrer Unterkunft zu melden, und mit dem Breviere im Talare zu den Exercitien zu erscheinen.

Denjenigen Priestern, die durch die Seelsorge, oder wie immer verhindert werden, an den gemeinschaftlichen Geistesübungen Theil zu nehmen, stehen die geistlichen Häuser der ehrwürdigen Missionspriester zu St. Josef bei Gilli, so wie bei den P. P. Franziskanern zu Maria Nazareth, zu Rann und zu heil. Dreifaltigkeit in W. Bücheln zu jeder gelegenen Zeit offen, sich gegen eine kleine Vergütung für die Verpflegung in stiller Zurückgezogenheit den Privat-Exercitien zu unterziehen.

Brüder! unterlassen wir nicht die Gnadenzeit und die schöne Gelegenheit dieser Anordnung wohl zu benützen; tempus enim breve est, et dies mali sunt. Videamus, quomodo caute ambulemus. Eph. 5, 15.

## II.

Unser Herr und göttliche Meister hat die Seinigen lieb, die in der Welt sind, und liebt sie bis an's Ende, bemerk't so innig schön der heil. Evangelist Johannes XIII. 1. Der erhabenste Beweis seiner unendlichen Liebe ist uns die Einsetzung des heiligsten Messopfers, dieser unerschöpflichen Gnadequelle für alle gläubigen Schäflein seiner theuern Heerde.

Nach der mütterlichen Anordnung der heil. kath. Kirche sind alle selbstständigen Seelenhirten, somit alle Pfarrer, Kuraten und Provisoren, denen eine selbstständige Gemeinde zur Pastorirung anvertraut ist, an allen Sonn- und gebotenen Festtagen für ihre Gemeinde (pro populo parochiano) die heilige Messe zu appliciren, und die besondern Früchte des hochheiligen Messopfers derselben zuzuwenden verpflichtet. Darüber wird unter dem Seelsorgeklerus kaum ein Zweifel obwalten. Daß aber die selbstständigen Herren Seelsorger verpflichtet seien, auch an den sogenannten abgebrachten Feiertagen für ihre Gemeinde die heil. Messe auf gleiche Weise zu appliciren, darüber belehrt uns das apostolische Sendschreiben unseres heiligen Vaters, Papst Pius IX. das er als Oberhaupt der katholischen Kirche unter 3. Mai 1858 erlassen, und dessen Bekanntgabe ich Euch, vielgeliebte Mitbrüder, ob des wichtigen Inhaltes nicht länger vorenthalten darf, um nicht mein Gewissen noch schwerer zu belasten. Es lautet:

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis Episcopis, Aliisque Locorum Ordinariis Gratiam et Communionem cum Apostolica sede Habentibus.

**Pius Papa IX.**

**Venerabiles Fratres Salutem et Apostolicam  
Benedictionem.**

Amantissimi Redemptoris Nostri Christi Jesu Unigeniti Filii Dei tanta fuit erga homines benignitas et caritas, ut, veluti optime nostis, Venerabiles Fratres, humana indutus natura non solum saevissimos pro nostra salute cruciatus, atrocissimamque

crucis mortem perpeti, verum etiam in augnissimo sui corporis vanguinisque sacra-  
mento nobiscum semper morari, ac nos per amenter pascere et nutrire volnerit, quo ipse  
in caelum rediens ad dexteram Patris nos et sui numinis praesentia, et tutissimo spiri-  
tualis vitae praesidio communiret. Neque contentus nos tam insigni, ac plane divina  
dilexisse caritate, beneficia beneficiis cumulans, suique in nos amoris divitias profundens  
effecit, ut probe intelligeremus, quod cum dilexisset suos in finem dilexit eos. Nam-  
que se aeternum Sacerdotem esse declarans secundum ordinem Melchisedech, suum in  
Catholica Ecclesia Sacerdotium perpetuo instituit, et illud idem Sacrificium, quod ipse  
ad universum humanum genus a peccati iugo, ac daemonis captivitate vindicandum et  
redimendum in ara crucis, pretiosissimo suo sanguine effuso, semel peregit, pacificans  
sive quae in caelis sunt, sive quae in terra, usque ad consummationem saeculi perma-  
nere decrevit, et quotidie fieri, ac renovari iussit per Sacerdotum ministerium, sola  
offerendi ratione diversa, ut salutares uberrimique suae passionis fructus in homines  
semper redundarent. Siquidem in incruento Missae sacrificio, quod conspicuo Sacer-  
dotum ministerio peragitur, illa ipsa vivifica litatur victima, quae Deo Patri nos recon-  
ciliavit, quaeque omnem merendi, placandi, impetrandi ac satisfaciendi vim habens „illam  
nobis mortem Unigeniti per mysterium reparat, qui licet resurgens a mortuis iam non  
moritur, et mors ei ultra non dominabitur, tamen in semetipso immortaliter atque incor-  
ruptibiliter vivens pro nobis iterum in hoc mysterio sacrae oblationis immolatur“.\* )  
Atque haec est munda illa oblatio, quam nulla offerentium indignitas ac malitia inqui-  
nare unquam potest, et quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futu-  
rum esset in gentibus, a solis ortu usque ad occasum in omni loco mundam offeren-  
dam esse praedixit.\*\*) Quae quidem oblatio ineffabili prorsus fructuum ubertate redundans  
praesentem aequae ac futuram vitam complectitur. Ea enim oblatione placatus Deus  
gratiam, donumque poenitentiae concedens, crimina et peccata etiam ingentia dimittit,  
ac licet peccatis nostris graviter offensus ab ira ad misericordiam, a iustae animad-  
versionis severitate ad clementiam traducitur; ea temporalium poenarum reatus et obli-  
gatio dissolvitur; ea defunctorum in Christo animae nondum ad plenum purgatae  
sublevantur; ea obtinentur quoque temporaria bona, si tamen potioribus non officiant;  
ea Sanctis, et in primis Immaculatae Sanctissimaeque Dei Genitrici Virgini Mariae  
eximius quidam honor, cultusque conciliatur. Quocirca ex Apostolorum traditione divi-  
num Missae sacrificium offerimus „pro communi Ecclesiarum pace, pro recta mundi  
compositione, pro imperatoribus, militibus, sociis, pro iis, qui infirmatibus laborant,  
qui afflictionibus premuntur, et universim pro omnibus, qui opis indigent, et pro de-  
functis in purgatorio degentibus, maximum hoc credentes adiumentum illis animabus  
fore, pro quibus oratio defertur, dum sancta et per quam tremenda coram iacet victima.“\*\*\*)

Cum igitur nihil sit maius, nihil salutarius, nihil sanctius, nihil divinus incru-  
ento Missae sacrificio, quo idem corpus, idem sanguis, idem Deus et Dominus Noster  
Jesus Christus Deo pro omnium salute in altari per Sacerdotes offertur, et immolatur,

\* ) S. Gregor. M. Dialog. lib. 4. cap. 58.

\*\*) Malach. cap. 1.

\*\*\*) S. Cyril Hierosol. Cateches. 23 Mystag. 5 de sacra Liturg.

idecirco Sancta mater Ecclesia tanto divini sui Sponsi ditata thesauro nunquam destitit omnem curam, operam, diligentiamque in id conferre, ut tam tremendum mysterium a Sacerdotibus, quanta maxima fieri posset, interiore cordis munditia ac puritate pergeretur, debitoque sacrarum caeremoniarum, ac rituum apparatu, cultuque celebraretur, ut ipsius mysterii magnitudo et maiestas vel externa quoque specie magis eluceat, et fideles ad rerum divinarum, quae in tam admirabili ac venerando Sacrificio occultae continentur, contemplationem excitentur. Ac pari sollicitudine, studioque ipsa pientissima Mater nunquam cessavit suos fideles filios commonere, hortari, et inflammare, ut ea, qua oportet, pietate, veneratione ac devotione ad hoc divinum Sacrificium frequentissime convenirent, praecipiens, ut eidem omnibus de pracepto festis diebus ipsi interesse omnino deberent, animis ad illud, oculisque religiosissime intenti, quo divinam exinde misericordiam, omniumque bonorum copiam sibi felicissime comparare possent.

Iam vero cum omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituantur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, tum pro egregia vestra sapientia apprime cognoscitis, Venerabiles Fratres, sacrosanctum Missae sacrificium ab animarum pastoribus esse applicandum pro populo eorum curae commisso, et huiusmodi obligationem ex Divino pracepto descendere iuxta Concilii Tridentini doctrinam, cum idem Concilium disertissimis, gravissimisque verbis edoceat „*pracepto divino mandatum esse omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre*“.\* ) Notissimae quoque Vobis sunt felicis recordationis Benedicti XIV Decessoris Nostri Litterae die 19. Augusti anni 1744 datae, quibus de hac obligatione copiose, sapienterque loquens, ac Tridentinorum Patrum mentem uberiori explicans et confirmans, ad omnes controversias, quaestiones dubitacionesque amovendas, clare aperteque declaravit et constituit, parochos, aliosque omnes animarum curam actu habentes debere Missae sacrificium pro populo sibi concredito peragere omnibus Dominicis aliisque de pracepto festis diebus, et illis etiam, quibus ipse in nonnullis Dioecesibus dierum de pracepto festorum numerum imminuens permiserat populis in servilia opera incumbere, sed caverat tamen, ut ipsi populi obligationi de Sacro audiendo satisfacere deberent.\*\*) Non mediocri certe iucunditate perfundimur, Venerabiles Fratres, cum ex relationibus, quas de vestrarum Dioecesum statu cum summa vestri nominis laude, ac pari animi Nostri gaudio ad Nos, et hanc Apostolicam Sedem veluti officii vestri ratio postulat, mittendas curatis, agnoscamus, animarum curatores huiusmodi sui muneric obligacionem diligenter implere Dominicis et aliis, qui adhuc ex pracepto servantur, diebus, quibus Missae sacrificium pro populo sibi tradito celebrare haud omittunt. Sed minime ignoramus, pluribus in locis id a parochis iamdiu praetermitti solere aliis illis diebus, qui antea veluti festi de pracepto erant colendi iuxta Constitutionem felicis memoriae Urbani VIII Decessoris pariter Nostri\*\*\*), et quibus haec Apostolica Sedes annuens variis Sacrorum Antistitum postulationibus, ac prae oculis habens causas, rationesque ab ipsis expositas, dum imminuit

\* ) Concil. Trid. Sess. 23. cap. 1. De Reformat.

\*\*) Bened. XIV. Litt. Encycl. „Cum semper oblatas“ Die 19 Augusti 1744.

\*\*\*) Urban. VIII. Constit. „Universa per orbem“ Idib. Septembr. 1642.

festos de praeepto dies, non solum permisit, ut populi servilibus operibus vacare possent, verum etiam indulxit, ut ipsi ab obligatione audiendi Sacrum essent exempti. Ubi enim haec benigna Sanctae Sedis Indulta in lucem prodierunt, statim plurium regionum parochi existimantes, se hisce diebus ita reductis solutos esse ab obligatione peragendi Sacrum pro populo, obligationem ipsam implere plane neglexerunt. Hinc porro invaluit consuetudo, ut earumdem regionum Parochi commemoratis diebus sacrosanctum Missae sacrificium pro populo applicare cessaverint, nec defuere qui eiusmodi consuetudinem tueri ac defendere non dubitarunt.

Nos igitur de spirituali universi Dominici gregis Nobis divinitus commissi bono vel maxime solliciti, ac non parum dolentes, ex huiusmodi praetermissione fideles illorum locorum populos maximis spiritualibus fructibus privari, tanti momenti negotio occurrere statuimus, cum praesertim noscamus, hanc Apostolicam Sedem docui sse parochos diebus festis etiam reductis debere Sacrum pro populo celebrare. Et sane quamvis Romani Pontifices Decessores Nostri enixis Sacrorum Antistitum petitionibus, ac variis pluribusque fidelium populorum indigentiis, et gravibus rerum temporum ac locorum rationibus permoti festos de praeepto dies imminuendos censuerint, ac simul benigne concesserint, ut populi hisce diebus servilia opera libere exercerent, quin Sacrum audire deberent, tamen iidem Praedecessores Nostri in hisce Indultis tribuendis integrum inviolatamque legem esse voluerunt, ut scilicet predictis diebus nihil in Ecclesiis unquam innovaretur quoad consuetum divinorum officiorum ordinem et ritum, utque omnia eo prorsus modo peragerentur quo antea peragi solebant, cum enunciata Urbani VIII Constitutio plene vigeret, qua festi de praeepto dies servandi fuerant praescripti. Ex quo parochi vel facile intelligere poterant, se illis diebus minime expeditos esse ab obligatione applicandi pro populo Missam, quae potissima ritus pars est, animo praesertim reputantes Pontifica Rescripta eo plane, quem pree se ferunt, sensu esse omnino accipienda, et illa strictissimae esse interpretationis. Accedit etiam, ut haec Sancta Sedes in plurimis peculiaribus casibus de huiusmodi parochorum onere consulta haud omiserit per suas praesertim Congregationes sive Concilii, sive Fidei propagandae, sive Sacrorum Rituum, sive etiam per Sacram Poenitentiariam saepissime respondere et edicere, parochos eidem oneri esse obnoxios applicandi pro populo Missam illis etiam diebus, qui de festorum ex praeepto dierum numero fuerant sublati.

Itaque rebus omnibus maturo examine perpensis, atque in consilium adhibitis nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Nostrae Congregationis Tridentinis Decretis tuendis, interpretandisque praepositae, hanc Vobis, Venerabiles Fratres, Encyclicam Epistolam scribendam esse censuimus, ut certam et constantem normam legemque constituamus ab omnibus parochis sedulo, diligenterque observandam. Quamobrem hisce Litteris declaramus, statuimus atque decernimus, parochos, aliosque omnes animarum curam actu gerentes sacrosanctum Missae sacrificium pro populo sibi commisso celebrare, et applicare debere tum omnibus Dominicis, aliisque diebus, qui ex praeepto adhuc servantur, tum illis etiam, qui ex huius Apostolicae Sedis indulgentia ex dierum de praeepto festorum numero sublati, ac translati sunt, quemadmodum

ipsi animarum curatores debebant, dum memorata Urbani VIII Constitutio in pleno suo robore vigebat, antequam festivi de praeepto dies imminuerentur, et transferrentur. Quod vero attinet ad festos translatos dies id unum excipimus, ut scilicet quando una cum solemnitate divinum officium translatum fuerit in Dominicum diem, una tantum Missa pro populo sit a parochis applicanda, quandoquidem Missa, quae praecipua divini officii pars est, una simul cum ipso officio translata existimari debet.

Nunc vero paterni animi Nostri caritate illorum parochorum tranquillitati prospicere volentes, qui ob assertam consuetudinem memoratis diebus Missam pro populo applicare omiserunt, eosdem parochos ab omnibus quibusque praeteritis omissionibus Auctoritate Nostra Apostolica plenissime absolvimus. Et quoniam non desunt animarum curatores, qui peculiare aliquod reductionis, uti dicunt, Indultum ab hac Apostolica Sede obtinuere, concedimus, ut ipsi huiusc Indulti beneficio perfungi perfrui iuxta tamen conditiones in Indulto expressas, et donec parochorum officium exercuerint in paroeciis, quas in praesentiarum regunt et administrant.

Dum autem haec statuimus, et indulgemus, in eam profecto spem erigimus fore, Venerabiles Fratres, ut parochi maiore usque animarum studio et amore incensi huic obligationi applicandi Missam pro populo diligentissime ac religiosissime satisfacere glorientur serio considerantes uberrimam caelestium praesertim munera, ac honorum copiam, quae ex hac incruenti, divinique Sacrificii applicatione in christianam plebem eorum curae commissam abunde redundat. Cum vero Nos minime lateat, peculiares casus contingere posse, in quibus pro re ac tempore aliqua huius obligationis remissio parochis sit tribuenda, sciatis velimus, ab omnibus Nostram Concilii Congregationem unice esse adeundam ad huiusmodi obtainenda indulta, illis dumtaxat exceptis, qui a Nostra Congregatione fidei propagandae praeposita pendent, cum oportunas utrique Congregationi contulerimus facultates.

Nihil plane dubitamus, Venerabiles Fratres, quin pro eximia vestra episcopali sollicitudine omnibus et singulis vestrarum Dioecesum parochis, nulla interposita mora, sedulo manifestare velitis, quae in hisce Nostris Litteris de eorum obligatione applicandi pro populo sibi commisso sacrosanctum Missae sacrificium suprema Nostra auctoritate confirmamus, ac denuo constituimus, volumus, praecipimus, et mandamus. Ac persuassimum quoque Nobis est, Vos maximam adhibituros esse vigilantiam, ut animarum curatores hanc etiam sui munera partem diligenter impleant, ac studiose observent quae a Nobis in hisce Litteris statuta atque sancta sunt. Optamus autem ut harum Litterarum exemplar in Tabulario episcopalibus cuiusque vestrum Curiae perpetuo asservetur.

Cum autem, Venerabiles Fratres, probe noscatis, sacrosancto Missae sacrificio magnam fidelis populi contineri eruditionem, ne intermittatis unquam parochos praesertim, aliosque divini verbi praecones, et eos quibus demandatum est munus erudiendi christianum populum, monere, hortari, ut fidelibus populis tam sancti tamque admirabilis Sacrificii necessitatem, praestantiam, magnitudinem, finem, fructus studiosissime et accu-

ratissime exponant explicit, ac simul fideles ipsos excitent, inflamment, quo eidem Sacrificio ea qua par est fide, religione ac pietate frequentissime intersint, ut divinam misericordiam, et omne, quo indigent, beneficiorum genus sibi comparare queant. Neque desinatis, omnem operam et industriam impendere, ut vestrarum Dioecesum Sacerdotes ea morum integritate, gravitate, eaque totius vitae innocentia, sanctitate emineant, quae illos omnino deceat, quibus unis datum est divinam consecrare Hostiam, ac tam sanctum, tamque tremendum perficere Sacrificium. Quocirca omnes sanctissimo Sacerdotio initiatos etiam atque etiam monete, urgete, ut serio meditantes ministerium quod acceperunt in Domino, illud impleant, et continenter memores dignitatis, ac caelestis potestatis qua praediti sunt, virtutum omnium splendore, ac salutaris doctrinae laude resplendeant, summaque animi contentione in divinum cultum, divinasque res et animarum salutem incumbant, ac seipso hostiam vivam et sanctam Domino exhibentes, et mortificationem Jesu in suo corpore semper circumferentes puris manibus, et mundo corde placationis Hostiam rite offerant Deo pro sua ac totius mundi salute.

Denique nihil Nobis gratius, Venerabiles Fratres, quam hac etiam uti occasione, ut iterum testemur, et confirmemus praecipuam, qua Vos omnes in Domino prosequimur, benevolentiam, ac simul Vobis addamus animos, ut maiore usque alacritate pergatis omnes gravissimi pastoralis vestri munera partes strenue ac sedulo obire, et intentissimo studio dilectorum ovium saluti incolumentatique consulere.

Pro certo habete, Nos paratiissimos esse ad ea omnia libentissime agenda, quae ad maiorem Vestram ac Dioecesum vestrarum utilitatem procurandam conducere posse noverimus. Interim vero caelestium omnium munera auspicem, ac studiosissimae Nostrae in Vos voluntatis testem accipite Apostolicam Benedictionem, quam intimo cordis affectu Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque Clericis, Laicisque fidelibus cuiusque vestrum vigilantiae commissis amantissime impertimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die III Maii Anno MDCCCLVIII.  
Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Ein formulatives Einschreiten mehrerer Bischöfe der Kirchenprovinz Salzburg beim heiligen Stuhle um diesbezügliche Nachsicht ist ohne Erfolg geblieben.

Auf meine unter 10. Jnni I. S. bei Gelegenheit meiner Reise nach Rom vorgetragene Bitte haben Se. Heiligkeit Pius IX. in gewohnter Milde mir auf sieben Jahre die Vollmacht ertheilt, alle jene geistlichen Pfarrvorsteher von der mehrgenannten Application auf deren Ansuchen zu dispensiren, deren reines Einkommen nicht zwei hundert Scudi römischen Geldes übersteigt. Dieses Rescript des heil. Stuhles an mich lautet:

Rme. Dne. uti Frater: Relatis SSmo. Dno. Nostro per infrascriptum Pro Secretarium Sacrae Congnis Concilii Litteris Amplit. Tuae diei 10, proxime elapsi Mensis Junii circa obligationem applicationis missae pro populo diebus festis supressis, Ipsa

Sanctitas Sua, attentis peculiaribus circumstantiis, precibus Amplit. Tuæ annuens, facultates necessarias et opportunas eidem benigne impertita est ad hoc, ut per septennium proximum cum iis tantum animarum Rectoribus super obligatione applicationis missae pro populo diebus festis suppressis, dispensare possit, quorum congrua, demptis oneribus, non excedit scuta biscentum monetae romanae, et dummodo concessiones facienda septennii terminum non excedant. Haec Sanctitatis Suaæ mandata dum Nos per praesentes exequimur Amplit. Tuæ fausta omnia precamur a Domino.

Amplitudinis Tuæ.

Romæ 7. Julii 1862.

Uti Fr.

P. Cardinalis Caterini Praefectus.

Aus diesen beiden kirchlichen Bestimmungen ergeben sich für alle selbstständigen Seelsorger, heißen sie Pfarrer, Kuraten oder Lokalkapläne, zur gewissenhaften Varnachachtung nachstehende Folgerungen.

1. Alle selbstständigen Seelsorger sind vom Zeitpunkte dieser Veröffentlichung verpflichtet auch an den abgebrachten Feiertagen die heil. Messe für ihre Pfarrgemeinden zu appliciren, wenn ihr reines Einkommen den Betrag von 200 römischen Scudi, oder nach unserer Rechnung die runde Summe von 600 Gulden in öst. Währung nicht übersteigt, weil die Kirche diese Verbindlichkeit niemals aufgehoben hat.

2. Fällt ein solches (pro foro.) aufgehobene Fest auf einen Sonntag, so ist nur eine heil. Messe für die Gemeinde zu appliciren, ohne einer ferneren Verbindlichkeit zu einer nachträglichen Application.

3. Die in den österr. Staaten aufgehobenen Feiertage, an denen (pro populo) eben so zu appliciren ist, wie an den noch bestehenden Feiertagen, sind folgende 18, als: a. Festum s. ap. Mathiae. b. Feria III. Pasch. c. Festum ss. ap. Philippi et Jacobi. d. Festum Inventionis sanctæ crucis. e. Feria III. Pentecostes. f. Festum Nativitatis s. Joannis Bapt. g. Festum s. Jacobi ap. h. Festum s. Annæ. i. Festum s. Laurentii mart. k. Festum s. Bartholomæi ap. l. Festum s. Mathæi ap. et ev. m. Festum s. Michaelis archang. n. Festum ss. ap. Simonis et Judæ. Fest. S. Andreæ ap. p. Festum s. Thomæ ap. q. Festum s. Joannis ap. et evang. r. Festum ss. Innocentium Mm. s. Festum s. Silvestri Conf. Pont.

4. Alle jene selbstständigen Seelsorger, deren Dotation den Betrag von 200 röm. Scudi oder die runde Summe von 600 Gulden öst. Währung nicht übersteigt, und die von dieser Verpflichtung eine zeitweilige Befreiung von 7 Jahren zu erlangen wünschen, haben ihre wohlgesonderten Gesuche belegt mit der lezt adjustirten Pfründen-Fassion bis Ende September I. S. an das Ordinariat einzubringen.

5. Allen Seelsorgern, welche dieser Verpflichtung bisher nicht nachgekommen sind, ertheilen Seine Heiligkeit für die Vergangenheit zur Gewissensberuhigung eine gänzliche Nachsicht dieser immer bestandener Verpflichtung in der sicherer Erwartung, daß in Zukunft dieser Verpflichtung mit aller Gewissenhaftigkeit entsprochen werde; daher auch diese Applicationen in den Messen-Verzeichnissen vorzumerken sind.

### III.

Das hohe k. k. Staatsministerium fand mit Erlaß vom 19./27. l. Monats, Zahl 7419/C. U. Folgendes zu erinnern:

„Aus Anlaß eines vorgekommenen Falles hat das hohe k. k. Finanzministerium unter dem 12. Juli 1862 Zahl 19966 anher bekannt gegeben, daß nach der Anordnung des kaiserl. Patentes vom 9. Februar 1850 (R. G. B. Nro. 50), wenn von einer Rechtsurkunde mehrere Exemplare ausgefertigt werden, zwei davon jedenfalls der skalamässigen Gebühr unterliegen, jedermann aber von der Verpflichtung für die übrigen Ausfertigungen die skalamässige Gebühr zu entrichten nach §. 40 des bezogenen Gesetzes dadurch entbunden werde, wenn alle Exemplare dem zur Gebühren-Bemessung bestellten Amte vor der Unterfertigung oder längstens binnen acht Tagen nach der Ausfertigung der ersten Exemplare vorgelegt werden, damit dieses Amt auf jedem Exemplare die Bestätigung über die Anzahl der ausgestellten Exemplare und über die erfüllte Stempelpflicht beiseze.“

Anbei ist von dem k. k. Finanzministerium bemerkt worden, daß bei Beobachtung dieser Bedingung jene Exemplare einer und derselben Rechtsurkunde, welche nebst den beiden der skalamässigen Gebühr unterliegenden ausgefertigt werden, blos der Stempelgebühr von 30 kr. mit dem Kriegszuschlage von 6 kr. unterliegen.

Von dieser gesetzlichen Bestimmung kann zu Folge der weiteren Andeutungen der genannten Centralstelle auch in Absicht auf die Stiftsbriebe nicht abgegangen werden. Eine einzige Ausnahme hiervon ist durch die Allerh. Entschließung vom 3. Oktober 1858 zugestanden; zufolge deren den politischen Landesstellen bei Stiftungen welche zu Gunsten von Kirchen oder Pfründen gemacht werden, ein ungestempeltes Exemplar der Urkunde einzusenden kommt. Bezüglich der für andere Personen bestimmten Original-Stiftungs-Urkunden aber muß die Anordnung des §. 40 des oben bezeichneten Gebührengesetzes aufrecht erhalten werden, wornach, wenn nebst dem für die politische Landesstelle bestimmten Exemplare noch zwei oder mehrere Originalien solcher Urkunden ausgefertigt werden, zwei derselben, ohne Rücksicht der Person, für welche sie bestimmt sind, bei Beobachtung der Bedingung des §. 40 bezogenen Gesetzes der skalamässigen Gebühr, die übrigen aber der fixen Stempelgebühr von 36 kr. zu unterziehen sind, indem weder die Kirche, noch eine andere mit der Ausführung einer Stiftung oder mit der Überwachung derselben betrauten Person die Gebührenfreiheit genießt.“

Hievon wird in Folge Erlasses der hoh. k. k. Statthalterei Graz ddo. 28. Juli 1862 Z. 13868 die Wohlbehörde Seelsorgsgeistlichkeit zur genauesten darnachachtung in die Kenntniß gesetzt.

IV.

Dem Wohlerwürdigen Kuratflerus wird zur Vornachachtung bekannt gemacht, daß laut einer neuerlichen Erklärung der hochlöblichen k. k. Statthalterei öffentlich Beamte, Bürger, Grundbesitzer, und concessionirte Gewerbsinhaber, welche selbstständig ein Gewerbe betreiben, welches nach den ehemaligen Gewerbsgesetzen zu den concessionirten Gewerben gehörte, eines politischen Eheconsenses nicht bedürfen, und an denselben nur Personen gebunden seien, die keinen selbstständigen Erwerb haben, und vom Tag- oder Arbeitslohn leben.

Marburg am 20. August 1862.

**Anton Martin,**

Fürst-Bischof.